



## **Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Epigramma 51. Mentitur Chytręus pilo Camelorum, quibus sibi cillicium S. Ioannes exasperat, fuisse vestem vndulatam, seu Camelot.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

*Epigramma 49.*S. Iohannis reliquiae dæmonas  
torquent.

**N**unc caro iam caries? quam te scelus improbe fallis?  
Ardet ab argenti viuidus osse cinis:  
Exuritque truces extincta fauilla Dracones:  
Flamma quid ergo facit, si cinis ipse cremat?

*Epigramma 50.*Hæretici Iohannis sanctitatem  
elevant.

## AD HÆRETICVM.

**O**ppugnas vigilem pernox ceu larua, Lucernam;  
Strix importunis stridet vt aspera modis.  
Esse Calus, caue Luthere, quid obstrepis amens  
Papilio? pennas fax edet ista tuas.

*Epigramma 51.*

Mentitur Chytreus pilos Camelorum,  
quibus sibi cilicium S. Iohannes ex-  
asperat, fuisse vestem vndulatam,  
feu Camelot.

**M**olliculâ bysso tenerum latus hospes arenæ  
Mulcet, obitque leui purpura texta pilo;  
Sic rigidas molli re leui vis stamine setas.  
Næ tu mitis homo, cor miserantis habes!  
Ah! miser; & nescis; hæc plusquam rere, cameli  
Hispidâ te cœcâ seta remordet acu.  
Illa ruam molli damnat de stamine byssum,  
Quæ riget hâc sento textilis vmbra sago.  
Credo, times tenero, mi comtule, mollior agno;  
Ne toga te duris mordeat hirta pilis.

*Epigramma*